causae quod cum iacob solatia iacere uideretur. & neque rachel
quae amplius fuerat dilecta. neque aliqua ex concubinis insepul
chro ei fuerat copulata ipse ergo inmemoris patrum hereditatem
capit prudens & sapiens chaleb. ipse sibi enachitarum gentium
metropolim tribuit cebron. & efficitur ei sors usque in hodi
ernum diem. utinam & mihi daretur sors abraham & isaac &
iacob ut efficeretur & meus deus abraham & deus isaac & deus iacob
in Christo Iesu domino nostro. cui est gloria & imperium in saecula
saeculorum amen. EXPLICIT HOMELIA XVIII.

## INCIPIT XVIIII. DE FINIBUS HEREDITATIS IUDA TRIBUS

Distribuit hereditatem moyses. hereditatem distribuit & dominus iesus. sed non
est scriptum in distributione moysi. quia cessauit terra a bellis.
in distributione uero iesu ipsa uerbi praefatio sic incipit, & ces
sauit inquid terra a bellis. si ergo & tu uis dignus effici qui hereditatem con
sequaris ab iesu & sumere ab eo portionem. oportet te prius
omnia bella finire. & in pace consistere. ut etiam de
tuae carnis terra dicatur. quia cessauit a bellis. tum
deinde consuetudo est scripturae. quattuor ab eo par
tes orbis terrae. quas agrum uel plagas nominant
appellare & in distributione finium tribus iudae. duae
tantummodo nominantur. & duae reticentur. hic
enim scriptum est. & facti sunt fines tribus filiorum
iuda secundum plebes eorum a finibus idumeae a deserto
sina ad occidentem. tum deinde & ab oriente omne in
quid mare salsum & alias duas partes reticuit id est sep
temtrionis uel meridiani. unde ergo si non repleta sunt
misteriis. licet singula uel sentire uel explicare neque
amus. tamen prout dominus prebere dignatur & nos cape
re ualeamus. discutere singula quaeque temptabimus

/ & cum discripti essent fines ad occidente

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0114